

regna & octo reges. cuius insule omnes gentes adorant ydola. & in quolibet *adorant ydo[la]*  
 regno habetur singularis & ab alio diuersa loquela. In ista insula est habundantia  
 thesauri & omnium specierum & ligni aloë. berçi. & eban. & aliarum multarum  
 specierum que nunquam in nostram patriam propter uiam longitudinem &  
 periculorum discrimina non feruntur set portantur ad prouincias mançi & cathay.  
 nunc dicere uolumus istarum gentium singulariter per se. set primo noueritis  
 quod insula ista tantum sita est in partibus meridiei quod stella tramontane non *non potest stella t[ra]-*  
 potest inde uideri. Incipiamus itaque enarare a regno felech quod est unum de *montana uide[ri]*  
 octo regnis insule nominate Noueritis itaque quod in hoc regno felech. gentes *regnum fele[ch]*  
 omnes ydola adorabant set propter mercatores saracenos ibidem continue con-  
 uersantes omnes ad legem macometi conuersi sunt. & solum in ciuitatibus set *comedunt ca[rnes] hum-*  
 comorantes in montibus sunt tanquam bestie. nam ipsi comedunt carnem *anas & omnes carnes*  
 humanam & generaliter omnes carnes mundas & immundas & diuersas adorant *munda[s] & immundas*  
 res. quia quando aliquis exurgit in mane primam rem quam uidet illam adorat *quando homo surgi[t] in*  
 nunc uero dicto de forlech/ dicemus de regno basma/ & cum ab isto regno *mane prim[am] rem*  
 disceditur intratur in regnum basma quod regnum per se est loquelam per se *quam uidet a[do]rat*  
 habens. cuius gentes legem habent tanquam bestie. se per magnum can apellant. |  
 62v° tamen nullum ei reddunt tributum. quia tam sunt distantes quod gentes magni  
 can partes illas non ualent adire set omnes de insula per ipsum appellantur. &  
 aliquando(?) per transeuntes illac mittunt ei aliqua pulcra & extranea tanquam  
 pro exenijs & precipue de quadam manerie austurum nigrorum habent elephantes *austuri nigri*  
 siluestres multos & unicornua qui sunt multo minores Elephantibus. & sunt *elephantes & unicornus*  
 similes bufalis in pilo. pedes eorum similes sunt pedibus elephantum. habent  
 unum cornu in medio frontis grosus & nigrum. Et tamen nulum cum cornu  
 set solummodo cum lingua ledunt & genibus. Nam super li[n]guam longas habent  
 spinas & accutas. & ideo [si] ledere uolunt aliquem. ipsum cum genibus calcant  
 & deprimunt postmodum cum li[n]gua uulnerando. capud uero habent ad-  
 modum apri & portant capud decliue uersus terram & permanent libenter in  
 luto & ceno & sunt turpissime bestie & non tales quales apud partes nostras  
 esse dicuntur. quia dicitur apud nos quod se dimitere capiant domicelas. set *quomodo capiuntur ele-*  
 totum est contrarium habent symios multos & de maneriebus diuersis habent *phantes*  
 & estures totos nigras ut corui qui sunt ualde magni & optime aucupantur. Et *cum coruis aucupatur*  
 uolumus uos scire magnum fore mendatium quod homines parui ut dicitur  
 portentur de India. quia huiusmodi homines in hac insula manualiter sic  
 63r° orna[n]tur. & dicemus modum. | est itaque in hac insula quedam maneries  
 simiorum qui sunt ualde parui. & habent uultum similem uultui hominum  
 Et cum homines ipsos capiunt cum certo unguento omnia pilla remouent ab  
 eis & in mento affigunt certa pilla longa loco barbe & dum pelis desicatur